

SCRIPTA

Numéro Scripta : 296

Auteur(s) : Helvise [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coulombs, Notre-Dame de Coulombs (abbaye, abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1033

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Helvise donne à l'abbaye de Notre-Dame de Coulombs les églises et les terres que son mari lui avait reconnues en douaire, à savoir l'église de Lainville et celle de Mosteriolis (Montreuil-sur-Epte ?), avec les dîmes, les droits de sépulture et d'autel et tout ce qui leur appartient, la moitié des terres de Lainville et de Megrimont avec les bois, la viguerie, les droits de ban et l'incendie ainsi que tous les revenus et coutumes qui en proviennent, à Jambville, quatre hôtes et une partie de la forêt. Galeran, comte [de Meulan] confirme cette donation avec son fils Hugues et son épouse Adélaïde, à la condition que l'abbé de Coulombs se rende une fois l'an au château de Meulan et célèbre la messe, le jour de la saint Nicaise, avec préséance sur tous les autres abbés qui pourraient s'y rendre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie*, identité et construction d'une principauté, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, Annexe II, n° 2, p. 367-368.

Texte établi d'après a

Sit omnibus notum quod Helvisa, devotissima foemina, ecclesias scilicet et terras, sicut legaliter in dotalitio a viro suo Hugone Caput Ursa suscepit, Sanctae Mariae Columbensis in usibus fratrum Domino omni tempore inibi deservientium contulit. Quarum nomina ecclesiarum haec sunt : ecclesia de Ledisvilla una et Mosteriolis alia cum omnibus videlicet quae ad eas pertinent id est cum decimis, cum sepulturis, cum atriis et cum universis appenditiis suis ; terrae autem medietatem Ledisvillae et Maigrimoldi cum omnibus boscis, cum vicaria, cum bannis et incendiis, et cum universis redditibus vel consuetudinibus quae inde exeunt ; ad Jambville quoque villam quatuor hospites et quandam sylvae partem. Hanc igitur donationem postulaverunt et deprecati sunt Berangarius tunc temporis Columbensis abbas et sancta iam saepe dicta Helvisa, comitem Galerannum concedere suaque auctoritate corroborare. Quorum ipse precibus libenter annuit, una cum filio suo Hugone et uxore sua Adelaidi gratanter concessit, tali siquidem tenore, ut omni tempore semel in anno Mellenti castrum ad festivitatem sancti Nicasii, abbas Columbensis pergeret et ipse prae ceteris quotquot abbatum essent personis primatum teneret et missam celebraret. De caetero autem, si quis quod absit instigante diabolo hanc donationem vel elemosinam a saepe dicta Helvisa Sanctae Mariae collatam novo invidiae depravare, invadere et calumniari praesumpserit, cum diabolo et satellitibus suis iudicium damnationis incurrat et gehennae ignis incendium sustineat nisi citius resipuerit et digne Domino et beatissimae Dei genetrici Mariae cui tantam intulit injuriam satisfecerit Actum publice Mellenti castro, incarnati verbi 1033, regnante Henrico rege, anno 4 imperii eius. S. Walerani comitis (crux) S. Adelaidis

uxoris eius (crux) S. Hugonis filii supradicti comitis (crux) S Guiboldi Derueld (crux) S. Amaurici furti (crux) S. Guillermi Barbati (crux).